

26. Idque tanto majori gaudio & virtute; quanto & passio contraria praecedens;
27. & ex charitate constante, ante impletionem quidem, desiderium & expectatio;
28. post impletionem autem, conjunctio & effusio major fuerit.
29. Sic etiam ad instrumenti rationem pertinet, quicquid erit in mundo post judicium renovato quasi hereditarium:
30. sive caeleste, instar domicilii;
31. sive subcaeleste, instar terrae subditae, aut praedii.
32. Indirectè deniq; & per accidens instrumentum seu adjumentum est gaudii, quicquid est extra Hierosolimam vel mundum novum abominabile ac miserum:
33. quod beatos omnes, partim disparitate, magis gloriosos; partim infirmitate